diadēma, atis. *subs. n.* **FORMA** *gen. pl.* diadematum, diadematorum; *f.* diadema, ae [x2] POMPON Atell 163. APUL Met 10.30. **ETYM** διάδημα. **DLAT** diadematus. **DROM** *cast.* diadema. [**FREQ** media **188** [indicia] **14** [/d.c.m.] 89 POMPON] *uocabulum per indicia non pristinum, sed Romanis usitatum fortasse fuit, postea frequentius inuenitur quia imperatores potentiae suae signum de ea fecerunt; scriptis litterariis omne genus, praecipue narrando aptum, prosa usibusque mediis, frequenter doctis interdum quotidianis; item scriptis technicis (historiae naturali) siquidem paulisper apparuit.*

VARIATIO		indicia	p[/d.c.m. subc.]
OPERUM	argumentalis	38	7,6
	dramatica	2	4,6
	exponens	15	5,5
	lyrica	3	13
	narratiua	125	25
	satirica	5	26
DIACHRONICA	I aec.	14	5,1
	I-II ec.	49	13
	III-V ec.	125	18
DIAPHASICA	docta	34	16
	media	151	13
	quotidiana	3	7,1
DIASTRATICA	litteraria	180	16
	technica	8	3,1
MODUS	prosa	154	13
	uersu	34	19

¶ *panni fascia quae regale caput tegebat, potentiam quoque significans • banda de tela que ceñía la cabeza real, a la vez objeto material y símbolo de tal poder* [**HYPER** ornamentum capitis regale] 🕮 SERV Aen 7.246. HOC PRIAMI GESTAMEN ERAT diadema dicit: nam sceptrum paulo post dicturus est.

simplex fascia erat candida uel purpurea, interdum ambobus coloribus praedita, ex qua infulae per umeros cadebant • consistía en una simple tira, de color blanco o rojo, o de ambos, y de ella pendían unas cintas que caían sobre los hombros 50 CURT 6.6.4. purpureum diadema distinctum albo ... capiti circumdedit. 30 VAL MAX 6.2.7. 🕮 SERV Aen 10.538. INFULA fascia in modum diadematis, a qua uittae ab utraque parte dependent: quae plerumque lata est, plerumque tortilis de albo et cocco. ISID Orig 19.30.4. Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua uittae ab utraque parte dependent.

matronae signum nonnumquam fuit • eventualmente, parece haber sido propia de la mujer casada 🕮 ISID Orig 19.31.1. Diadema est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumactis extremitatibus retro adstringitur; et exinde dictum Graece quod praeligetur.

itaque ad Iunonem deam pertinens • o, consecuentemente, de la diosa Juno 125 APUL Met 10.30. Insequitur puella uultu honesta in deae Iunonis speciem similis: nam et caput stringebat diadema candida, ferebat et sceptrum.

Bacchus deus id ab Oriente intulisse dicebatur • la tradición la hace provenir del dios Baco, que la trajo de su viaje a Oriente 89 POMPON Atell 163. 79 PLIN Nat 7.191. Liber pater ... diadema, regium insigne ... inuenit.

a *principio tamen ut praemium uidebatur • sin embargo, la primera vez que aparece remite al premio o recompensa* [**HYPER** corona[b] **SIM** →praemium] 89 POMPON Atell 163. Cuiusuis leporis Liber diademam dedit. 100-128 IUV 13.105. ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.

b *antea quam id significaret, hic usus, qui posterior illi qui rem ipsam indicabat considerari posset, et quod ideo praesentiam praeuiam quam textus non demonstrant indicare uideretur, apparet haec uox ad diadema uel fasciolam adhibita quae circum caput ponebatur, frontem transiens capillumque colligens, quorum extrema retro pendebant, regalem potentiam significans • frente a este uso, que se podría considerar razonablemente posterior a aquel que indica el propio objeto, y que por ello advertiría de una presencia previa que los textos no muestran, aparece esta palabra aplicada a la diadema o banda que se colocaba en torno a la cabeza, atravesando la frente y recogiendo el cabello, cuyos extremos pendían por detrás, y que indicaba la realeza* [**HYPER** corona[c] **SIM** basileum[a]] 44-43 CIC Phil 2.85. accedis ad sellam ... diadema ostendis. 30 VAL MAX 6.2.7. Cui candida fascia crus alligatum habenti Fauonius 'non refert' inquit 'qua in parte sit corporis diadema', exigui panni cauillatione regias ei uires exprobrans. 330-430 HEGES 1.38.4. praeter insigne diadematis omni ornatu cultuque regio fulciebatur. 🕮 **GLOSS** 2.270.41. διάδημα. 2.400.22. πεζίδιον βασιλικόν. 4.505.36. uitta capitis regalis. 5.450.21. diademata quod consules in capite utuntur in modum coronae.

rei publicae temporibus, haec uox maculata ab auersatione uidetur contra orientalium gentium tyrannidem quas talis fascia repraesentabat • durante la República, esta voz se muestra tiznada por el rechazo a la tiranía y el despotismo de los regímenes orientales, simbolizados en esta cinta 44-43 CIC Phil 3.12. Antonius ... id egit, ut collegae diadema imponeret, eo die se non modo consulatu, sed etiam libertate abdicauit.

sed mox hanc indolem amisit ut primis principatus temporibus ad regalem potentiam pertineret • pero pronto perdió tal carácter y, durante los primeros tiempos del Imperio, se aplicó al poder real 80-90 STAT Theb 10.801. Oedipodionii mutent diademata fratres?

et a saec. III *ec. imperatorum potentiae signum fieret • y, en el periodo del Dominado, se convirtió en símbolo del poder imperial* 330-430 HEGES 2.1.2. more quodam et usu imperatorum promi diadema.

Aurelianus imperator id introduxisse uidetur iuxta cum tyrannicae potentiae insignibus, qualia gemmae uel textilia auro picta fuere • al parecer, fue el emperador Aureliano el que la introdujo, junto con otros atributos del poder despótico, como las joyas y los ropajes bordados en oro [**DOM** chlamys, trabea] 400 PS AUR VICT Epit 35.5. *Aurelianus* primus apud Romanos diadema capiti innexuit. 404 SULP SEV Chron 24.4. *Martinus* quo facilius claritate assumpti fulgoris illuderet, ... diademate ex gemmis auroque redimitus, calceis auro illitis ... adstitit.

quod tamen de Calligula imperatore dictum est quasi sine consequentia res • esto, no obstante, ya se había afirmado del emperador Calígula como un suceso sin continuidad 400 PS AUR VICT Epit 3.8. *Caligula* primus diademate imposito dominum se iussit appellari.

(→mitra) *etiam quaedam notae naturales huius honoris causa adhibitae sunt • incluso ciertos rasgos de la naturaleza fueron utilizados para justificar la existencia de tal categoría* 79 PLIN Nat 8.78. [*Basiliscus*] candida in capite macula ut quodam diademate insignem. 🕮 SCHOL Lucan B 9.726. BASILISCUS specie, nam uelut diademate albo insignis est.

diadema ipsud eo luxuriosior facta est ut corona aurea gemmis ornata fieret • la propia diadema se enriqueció entonces convirtiéndose en una corona de oro adornada de piedras preciosas 390 AMM 21.1.4. ambitioso diademate utebatur lapidum fulgore distincto.

a Diocletiano imperatore, qui Imperium Romanum quadripartiuit, diadema Augustos, Caesares laurus honorabat; postremis imperii temporibus reginae quoque diadematibus insignitae fuere • a partir de Diocleciano, según la división cuatripartita que este emperador impuso en el Imperio Romano, la diadema distinguió a los Augustos, que la ostentaban, de los Césares, que exhibían la corona de laurel; en los últimos tiempos, también se impusieron diademas a las reinas 394-404 CLAUD Stil 2.360. domus haec utroque petit diademata sexu reginasque parit reginarumque maritos.

fine Antiquitatis CHRIS *diadema diuinum insigne fuit terrenalis domini aemulatione • doblete celestial del emblema terrenal* 395 AMBR Obit Theod 47. De uno clauo frenos fieri praecepit, de altero diadema intexuit: unum ad decorem, alterum ad deuotionem uertit. 390-406 VULG Is 62.3. eris corona gloriae in manu Domini et diadema regni in manu Dei tui.

item ad martyrii coronam pertinuit • y también fue aplicada a la corona del martirio 405 PRUD Perist 14.127. O uirgo felix, o noua gloria, caelestis arcis nobilis incola, intende nostris conluuionibus uultum gemello cum diademate.